cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae · sedebitis
et uos super sedes xii iudicantes xii tribus israhel. Hi ad
parietes templi albo lapide facti. Illi figuraliter aedi
ficiis per ipsas tabulas. Utriq; primae ad non apparent lucis
qui cum luminibus quibus decorentur expectent. Sunt in aedi
tis templi lapides pretiosi · Sunt tabulae ligni cedrini auro
qi auro coopertae. Tales et illi qui in lege domini immaculati am
bulauerunt. Et qui gratiae euangelii perfecte susceperunt pari
ter aeternitate perfruuntur. Oraculum autem in medio domus
in interiori parte fecerat · ut poneret ibi arcam foederis domini.
Hoc superius pro occupiendo expositum est quia uidelicet interior
domus secreta patriae caelestis arcam foederis dominum saluato
rem in quo solo sedes patris caput pietatem habemus designat. Et
qui post resurrectionem suam ascendit in caelum carnem
quam adsumpserat ex uirgine in patris dextera collocauit.
Porro oraculum habebat xx cubitos longitudinis et xx cu
bitos latitudinis et xx cubitos altitudinis. Quod dicit xx cubitos
altitudinis · parietem significat ad annum · qui oraculum id est sanc
torum ab aede exteriore segregabat · sicut et supra diximus.
Oraculum ergo ubi erat arca habebat uiginti cubitos in
longitudine et latitudine et altitudine id est per quadrum quia
in superna illa patria ubi regem Christum in decore suo uident oculi
sanctorum sola caritas diuinae ac fraternae gratiae per omnia
fulget. Quae sequentibus quaque uirtutibus certatur cum dicit Et operuit
illud atque uestiebat auro purissimo. Quia est aperte dicere
quia superna mortalium ciuitas gratia caritatis implanit

VILLE DE LYON
Grande Bibliothèque
BIBLIOTHÈQUE PUBL. LYON